The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Spiritus sanctus t
cum uariis

O quam uelox est sermo sapiencie et ubi Deus magister est, cito discitur quod docetur! Non est adhibita increpatio ad audiendum, non consuetudo ad usum, non tempus ad studium, sed spirante ubi uoluit spiritu ueritatis, proprie singularum gencium uoces facte sunt in ecclesie ore communes. Ab hoc igitur die tuba euangelice predicationis intonuit, ab hoc die ymbres karismatum, flumina benedictionum, omne desertum et uniuersam aridam rigauerunt.

Leo papa in sermone de Pentecostes.

____

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V^1 V^2 L^1 L^2):

ubi] nisi M; increpatio] interpretatio P V^1 V^2 L^1 L^2; spiritu] spiritus (*cor. intra*) C; facte] sancte P V^1; sunt *om.* B